Et cito euntes dicite discipulis eius
quia surrexit: et ecce precedet vos
in galileam. Ibi eum videbitis:
ecce predixi vobis. Dominus vobiscum.

Oremus. Offertorium [illegible]

Suscipe quesumus domine preces populi tui
cum oblacionibus hostiarum: ut
paschalibus iniciata misteriis ad
eternitatis nobis medelam te ope-
rante proficiat. Per. Prefacio

Vere dignum et iustum. Te quidem. Sed.

Communicantes et noctem sacra.

Hanc igitur oblacionem. Agnus dei. [illegible]

Pax domini. [illegible] post sumpta sacra-
menta [illegible]. Suscipe. Ant. et sal.

Alleluia alleluia alleluia alleluia.

Laudate dominum omnes gentes. Sine [illegible]

Vespere autem sabbati que lucessit
in prima sabbati venit maria magda-
lena et altera maria videre sepulchrum
alleluia. Magnificat. Vespere et missa

Spiritum nobis domine tue
caritatis infunde; ut quos
sacramentis paschalibus saciasti:
tua facias pietate concordes. Per.
In unitate eiusdem spiritus. Benedicamus domino.

Prefaciones per totum annum
In natale domini.

Vere dignum eterne deus. Quia per incar-
nati verbi misterium: nova mentis
nostre oculis lux tue claritatis infulsit.
Ut dum visibiliter deum cognosci-
mus: per hunc in invisibilium
amorem rapiamur. Et ideo.

Communicantes et diem [noctem] sacra-
tissimam celebrantes in qua be-
ate marie intemerata virginitas
huic mundo edidit salvatorem.
Sed et memoriam venerantes inpri-
mis eiusdem gloriose semper virginis
marie genitricis eiusdem dei et domini
nostri ihesu christi. Sed et beatorum. [illegible]

Vere eterne deus. Quia cum [illegible]
unigenitus tuus in substan-
cia nostre mortalitatis apparuit: in
nova nos immortalitatis sue luce
reparavit. Et ideo.

Communicantes et diem sacra-
tissimam celebrantes quo unige-
nitus tuus in tua tecum gloria coeternus
in veritate nostre carnis visibiliter

corporalis apparuit. Sed et memoriam.

VD eterne deus. In quadragesima.

Qui corporali ieiunio uicia comprimis mentem eleuas: uirtutem largiris et premia. Per xpistum dominum. In passione.

VD eterne deus. Qui salutem In die domini.

humani generis in ligno crucis constituisti, ut unde mors oriebatur inde uita resurgeret. Et qui in ligno uincebat: in ligno quoque uinceretur. Per xpistum. In cena domini.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes. quo dominus noster ihesus xpistus traditus est. Sed et memoriam. Item.

Hanc igitur oblacionem seruitutis nostre. sed et cuncte familie tue quam tibi offerimus ob diem in qua dominus noster ihesus xpistus tradidit discipulis suis corporis et sanguinis sui misteria celebranda. Quesumus domine. Item.

Qui pridie quam pro nostra omniumque salute pateretur. hoc est hodie accepit panem in sanctas. In Pascha.

VD equum et salutare. Te quidem domine omni tempore: set in hac potissimum die [noctem] gloriosius predicare. cum pascha nostrum immolatus est xpistus. Ipse enim uerus est agnus qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit: et uitam resurgendo reparauit. Et ideo. Item.

Communicantes et diem [noctem] sacratissimam celebrantes resurrectionis domini nostri ihesu xpisti secundum carnem. ihesu xpisti. Set et memoriam uenerantes inprimis gloriose uirginis marie genitricis eiusdem dei et domini nostri ihesu xpisti. Sed et beatorum. Item.

Hanc igitur oblacionem seruitutis nostre. sed et cuncte familie tue quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissionem peccatorum quesumus domine ut placatus. In ascensione domini.

VD Per xpistum dominum nostrum. Qui post resurrectionem suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit: et ipsis cernentibus est eleuatus in celum. ut nos diuinitatis sue tribueret esse participes. Et ideo. Item.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo dominus noster ihesus xpistus unitam sibi nostre fragilitatis substanciam in gloria tue dextera collocauit. Set et memoriam uenerantes inprimis gloriose semper uirginis marie genitricis eiusdem dei ac domini nostri ihesu xpisti.

undecim et eos qui cum ipsis erant di-
centes: quia surrexit dominus vere et appa-
ruit petro. Et ipsi narrabant que
gesta erant in via: et quomodo
cognoverunt eum in fractione panis.

Angelus do mini descen dit
de ce lo et dixit mulie ribus quem
que ritis surre xit sicut di-
xit alle luia.

Suscipe qs domine. Secr.
Te quidem. Communicantes.
Hanc igitur obl. Comm.

Surrexit dominus et apparuit
petro al le luia. Postc.
... pium nobis.
III. feria
Aqua sapientie
potavit eos alleluia firmabitur
in illis et non flectetur alle luia et
exaltabit eos in eternum alleluia

alle luia. Confitemini. Coll.
Deus qui ecclesiam tuam novo
semper fetu multiplicas: con-
cede famulis tuis. ut sacramentum
vivendo teneant. quod fide per-
ceperunt. Per. Lectio actuum apostolorum.
In diebus illis: Surgens paulus et
manu silencium indicens ait.
Viri fratres filii generis abraham:
et qui in vobis timent deum: vobis
verbum salutis huius missum est.
Qui enim habitant ierusalem. et prin-
cipes eius ignorantes ihesum et vo-
ces prophetarum que per omne sabbatum
leguntur: iudicantes impleverunt.
Et nullam causam mortis invenien-
tes in eum: petierunt a pilato ut in-
terficerent eum. Cumque consummassent
omnia que de ipso scripta erant:
deponentes eum de ligno posuerunt
eum in monumento. Deus vero sus-
citavit eum a mortuis die tertia:
qui visus est per dies multos his qui
simul ascenderant cum eo a galilea
in ierusalem. qui nunc usque sunt testes
eius ad plebem. Et nos vobis an-
nunciamus ea que ad patres

nos repromissio facta est: quoniam hanc deus
adimpleuit filiis uestris. Resuscitans
ihesum christum
dominum nostrum. R. Hec dies. V. Dicant
nunc qui redempti sunt a domino
et quos rede mit de ma nu ini mici
et de regio
nibus congregauit
e os. Alleluia.
Surrexit
do minus et occur rens muli
e ribus ait aue
te tunc acces se runt et tenue
runt pedes eius.

In illo tempore: Stetit ihesus
in medio discipulorum suorum:
et dixit eis. Pax uobis. Ego sum:
nolite timere. Conturbati uero
et conterriti: existimabant se
spiritum uidere. Et dixit eis. Quid
turbati estis et cogitaciones as
cendunt in corda uestra. Videte
manus meas et pedes meos: quia
ego ipse sum. Palpate et uidete
quia spiritus carnem et ossa non
habet: sicut me uidetis ha
bere. Et cum hec dixisset: ostendit
eis manus et latus. Adhuc autem illis
non credentibus et mirantibus pre
gaudio: dixit. Habetis hic aliquid
quod manducetur? At illi optu
lerunt ei partem piscis assi et fauum
mellis. Et cum manducasset co
ram eis: sumens reliquias dedit eis.
Et dixit ad eos. Hec sunt uerba
que locutus sum ad uos: cum adhuc
essem uobiscum. quoniam necesse est im
pleri omnia que scripta sunt in
lege et prophetis et psalmis de me. Tunc
aperuit illis sensum: ut intellige
rent scripturas. Et dixit eis. Quoniam
sic scriptum est et sic oportebat pati
christum et resurgere a mortuis die
tercia. Et predicari penitenciam
in nomine eius: et remissionem
peccatorum in omnes gentes.